

## In Paradisum

Cl7th French chant of the Requiem Mass with polyphony by Victoria and Palestrina

Victoria - Taedet animam meam (Officium Defunctorum 1605)

### **Introit - Requiem aeternam**

### **Kyrie**

Palestrina - Domine quando veneris

### **Gradual - Requiem aeternam**

Victoria - Libera me Domine (Officium Defunctorum 1592)

### **Tract - Absolve Domine**

Palestrina - Ad Dominum cum tribularer

### **Sequence - Dies irae**

Palestrina - Miserere mei Deus

### **Offertory - Domine Iesu Christe**

Victoria - Peccantem me quotidie (Officium Defunctorum 1592)

### **Sanctus**

### **Benedictus**

Palestrina - Heu mihi Domine

### **Agnus Dei**

## **Communion - Lux aeterna**

Palestrina - Libera me Domine

The items in bold type are chant taken from a copy of the Graduale Romanum from Toul, Meurthe et Moselle, in France, dated 1627.

### **In Paradisum – Texts and English translations**

**Victoria - Taedet animam meam** 2nd lesson from Matins of the Dead (Job 10:1-7)

Taedet animam meam vitae meae,

dimittam adversum me eloquium meum,

loquar in amaritudine animae meae.

Dicam Deo: Noli me condemnare:

indica mihi cur me ita iudices.

Numquid bonum tibi videtur,

si calumnieris et opprimas me,

opus manuum tuarum, et consilium impiorum adiuves?

Numquid oculi carnei tibi sunt:

aut sicut videt homo, et tu vides?

Numquid sicut dies hominis dies tui,

et anni tui, sicut humana sunt tempora,  
ut quaeras iniquitatem meam,  
et peccatum meum scruteris?  
Et scias quia nihil impium fecerim,  
cum sit nemo qui de manu tua possit eruere.

*My soul is weary of my life;*

*I will leave my complaint upon myself;*

*I will speak in the bitterness of my soul.*

*I will say unto God, Do not condemn me;*

*show me wherefore thou contendest with me.*

*Is it good unto thee that thou shouldst oppress,*

*that thou shouldst despise the work of thine hands,*

*and shine upon the counsel of the wicked?*

*Hast thou eyes of flesh? or seest thou as man seeth?*

*Are thy days as the days of man?*

*are thy years as man's days,*

*that thou inquirest after mine iniquity,*

*and searchest after my sin?*

*Thou knowest that I am not wicked;*

*and there is none that can deliver out of thine hand.*

**Introitus** - Chant

Requiem aeternam dona eis Domine: et lux perpetua luceat eis.

Ps. Te decet hymnus deus in Sion et tibi redetur votum in Ierusalem:

exaudi orationem meam, ad te omnis caro veniet.

*Grant them eternal rest, O Lord: and let perpetual light shine on them.*

*Ps. You are praised in Sion and to you shall the vow be performed in Jerusalem:*

*you hear my prayer, to you shall all flesh come.*

**Kyrie** - Chant

Kyrie eleison.

Christe eleison.

Kyrie eleison.

*Lord, have mercy.*

*Christ, have mercy.*

*Lord, have mercy.*

**Palestrina - Domine quando veneris** Responsory from Matins for the Dead

Domine quando veneris judicare terram,

ubi me abscondam a vultu irae tuae?

Quia peccavi nimis in vita mea.

Commissa mea pavesco, et ante te erubesco:

dum veneris judicare noli me condemnare.

Requiem aeternam dona eis Domine:

et lux perpetua luceat eis.

*O Lord, when Thou shalt come to judge the earth,*

*where shall I hide from the face of Thy wrath?*

*For I have sinned greatly.*

*I dread my judgement and I am ashamed before Thee.*

*When Thou shalt come to judgement do not condemn me.*

*Grant them eternal rest, O Lord,  
and let perpetual light shine upon them.*

**Graduale** - Chant

Requiem aeternam dona eis domine: et lux perpetua luceat eis.

V. In memoria aeterna erit iustus: ab auditione mala non timebit.

*Grant them eternal rest, O Lord: and let perpetual light shine on them.*

*V. The righteous shall be remembered for ever: he will not be afraid of any evil tidings.*

**Victoria - Libera me Domine** Responsory from Burial Service

Libera me, Domine, de morte aeterna, in die illa tremenda:

quando caeli movendi sunt et terra:

dum veneris judicare saeculum per ignem.

Tremens factus sum ego, et timeo,

dum discussio venerit, atque ventura ira.

Quando caeli movendi sunt et terra.

Dies illa, dies irae, calamitatis et miseriae, dies magna et amara valde.

Dum veneris judicare saeculum per ignem.

Requiem aeternam dona eis Domine et lux perpetua luceat eis.

Dum veneris judicare saeculum per ignem.

Kyrie eleison.

Christe eleison.

Kyrie eleison.

*Deliver me, O Lord, from eternal death on that terrible day*

*when heaven and earth shall quake,*

*when Thou shalt come to judge the world by fire.*

*I am full of fear and trembling*

*for the judgement and the wrath to come.*

*When heaven and earth shall quake.*

*That day of wrath, calamity and misery, that great and bitter day.*

*Grant them eternal rest, O Lord, and may perpetual light shine upon them.*

*When Thou shalt come to judge the world by fire.*

*Lord, have mercy.*

*Christ, have mercy.*

*Lord, have mercy.*

**Tractus - Chant**

Absolve domine animas omnium fidelium defunctorum

ab omni vinculo delictorum

V. Et gratia tua illis succurrente mereantur evadere iudicium ultionis.

V. Et lucis aeternae beatitudine perfrui.

*Absolve, O Lord, the souls of all the faithful departed*

*from every bond of sin.*

*V. And by the help of thy grace may they be worthy to escape the avenging judgement.*

*V. And enjoy the bliss of everlasting light.*

**Palestrina - Ad Dominum cum tribularer clamavi - Psalm 120**

Ad Dominum cum tribularer clamavi et exaudivit me.

Domine libera animam meam a labiis iniquis et a lingua dolosa.

Quid detur tibi aut quid apponatur tibi ad linguam dolosam?

Sagittae potentis acutae cum carbonibus desolatoriis.

Hei mihi quia incolatus meus prolongatus est:

habitavi cum habitantibus Cedar:

Multum incola fuit anima mea.

Cum his qui oderunt pacem eram pacificus:

cum loquebar illis impugnabant me gratis.

*In my distress I cried unto the Lord, and he heard me.*

*Deliver my soul, O Lord, from lying lips, and from a deceitful tongue.*

*What shall be given unto thee? or what shall be done unto thee, thou false tongue?*

*Sharp arrows of the mighty, with coals of juniper.*

*Woe is me, that I sojourn in Mesech,*

*that I dwell in the tents of Kedar!*

*My soul hath long dwelt with him that hateth peace.*

*I am for peace: but when I speak, they are for war.*

## Sequentia - Chant

Dies irae dies illa

Solve Saeclum in favilla

teste David cum Sibilla.

Quantus tremor est futurus

quando iudex est venturus

cuncta stricte discussurus.

Tuba mirum spargens sonum

per sepulchra regionum

coget omnes ante thronum.

Mors stupebit et natura

cum resurget creatura

iudicanti responsura.

Liber scriptus proferetur

in quo totum continetur

unde mundus iudicetur.

Iudex ergo cum sedebit

quidquid latet apparebit

nil in ultum remanebit.

Quid sum miser tunc dicturus

quem patronnum rogaturus

cum vix iustus sit securus.

Rex tremendae maiestatis

qui salvandos salvas gratis

salva me fons pietatis.

Recordare Iesu pie

quod sum causa tuae viae,

ne me perdas illa die.

Quaerens me sedisti lassus

redemisti crucem passus

tantus labor non sit cassus.

Iuste iudex ultionis

donum fac remissionis

ante diem rationis.

Ingemisco tamquam reus

culpa rubet vultus meus

supplici parce deus.

Qui Mariam absolvisti  
et latronum exaudisti  
mihi quoque spem dedisti.

Preces meae non sunt dignae  
sed tu bonus fac benigne  
ne perenni cremer igne.

Inter oves locum praesta  
et ab haedis me sequestra  
statuensin parte dextra.

Confutatis maledictis  
flammis acribus addictis  
voca me cum benedictis.

Oro supplex et acclinis  
cor contritum quasi cinis  
gere curam mei finis.

Lacrimosa dies illa  
qua resurget ex favilla.

Iudicandus homo reus  
huic ergo parce Deus.

*Day of wrath: that day.*

*It will dissolve the world into ashes,*

*As attested by David and the Sibyl.*

*What trembling there will be*

*When the Judge comes*

*To examine all in justice.*

*The trumpet's wondrous call sounding*

*In tombs everywhere*

*Shall drive all forward to the throne.*

*Death and nature will stand amazed*

*When creation rises again*

*To answer to its Judge.*

*A book will be brought forth*

*In which everything is written*

*From which the world shall be judged.*

*So when the Judge is seated,*

*All that is hidden will be made known:*

*Nothing shall go unpunished.*

*What shall I, wretch, say at that time?*

*Who will plead for me*

*When even the righteous will hardly be safe?*

*King of tremendous majesty.*

*Who give, to those who are saved*

*the grace of salvation.*

*Save me, O fount of Pity.*

*Remember, kind Jesus,*

*That you came here for me.*

*Do not cast me away on that day.*

*Seeking me, you sat, weary,*

*You redeemed me, suffering death on the Cross:*

*Such labour must not be in vain.*

*Righteous Judge of vengeance.*

*Grant me pardon*

*Before the day of reckoning.*

*I groan like a condemned man:*

*I blush for my sins:*

*Spare a suppliant, O God.*

*You absolved Mary,*

*And heeded the thief,*

*You give me hope as well.*

*My prayers are unworthy:*

*But of your goodness,*

*deal kindly with me,*

*So I shall not burn in the fire.*

*Grant me a place among the sheep,*

*And separate me from the goats,*

*Standing at your right hand.*

*When the accursed have been cast down*

*And consigned to acrid flames,*

*Call me among the blessed.*

*I pray, suppliant and bowed down,*

*My contrite heart like ashes:*

*Oversee my end.*

*That mournful day*

*On which the guilty man*

*shall rise from the embers, to be judged.*

*Therefore spare him, O God.*

**Palestrina – Miserere Psalm 50**

Miserere mei Deus: secundum magnam misericordiam tuam.

Et secundum multitudinem miserationum tuarum, dele iniquitatem meam.

Amplius lava me ab iniquitate mea: et a peccato meo munda me.

Quoniam iniquitatem meam ego cognosco: et peccatum meum contra me est semper.

Tibi soli peccavi, et malum coram te feci: ut iustificeris in sermonibus tuis, et vincas cum iudicaris.

Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum: et in peccatis concepit me mater mea.

Ecce enim veritatem dilexisti: incerta et occulta sapientiae tuae manifestasti mihi.

Asperges me hyssopo, et mundabor: lavabis me, et super nivem dealbabor.

Auditio meo dabis gaudium et laetitiam: et exsultabunt ossa humiliata.

Averte faciem tuam a peccatis meis: et omnes iniquitates meas dele.

Cor mundum crea in me Deus: et spiritum rectum innova in visceribus meis.

Ne projicias me a facie tua: et spiritum sanctum tuum ne auferas a me.

Redde mihi laetitiam salutaris tui: et spiritu principali confirma me.

Docebo iniquos vias tuas: et impii ad te convertentur.

Libera me de sanguinibus Deus, Deus salutis meae: et exsultabit lingua mea iustitiam tuam.

Domine, labia mea aperies: et os meum annuntiabit laudem tuam.

Quoniam si voluisses sacrificium dedissem utique: holocaustis non delectaberis.

Sacrificium Deo spiritus contribulatus: cor contritum, et humiliatum, Deus non despicias.

Benigne fac Domine in bona voluntate tua Sion: ut aedificentur muri Ierusalem.

Tunc acceptabis sacrificium iustitiæ oblationes, et holocausta: tunc imponent super altare tuum vitulos.

*Have mercy upon me, O God, according to thy lovingkindness: according*

*unto the multitude of thy tender mercies blot out my transgressions*

*Wash me thoroughly from mine iniquity, and cleanse me from my sin.*

*For I acknowledge my transgressions: and my sin is ever before me.*

*Against thee, thee only, have I sinned, and done this evil in thy sight: that thou*

*mightest be justified when thou speakest, and be clear when thou judgest.*

*Behold, I was shapen in iniquity; and in sin did my mother conceive me.*

*Behold, thou desirest truth in the inward parts: and in the hidden part thou*

*shalt make me to know wisdom.*

*Purge me with hyssop, and I shall be clean: wash me, and I shall be whiter than snow.*

*Make me to hear joy and gladness; that the bones which thou hast broken may rejoice.*

*Hide thy face from my sins, and blot out all mine iniquities.*

*Create in me a clean heart, O God; and renew a right spirit within me.*

*Cast me not away from thy presence; and take not thy holy spirit from me.*

*Restore unto me the joy of thy salvation; and uphold me with thy free spirit.*

*Then will I teach transgressors thy ways; and sinners shall be converted unto thee.*

*Deliver me from bloodguiltiness, O God, thou God of my salvation: and my tongue shall sing aloud of thy righteousness.*

*O Lord, open thou my lips; and my mouth shall shew forth thy praise.*

*For thou desirest not sacrifice; else would I give it: thou delightest not in burnt offering.*

*The sacrifices of God are a broken spirit: a broken and a contrite heart, O God, thou wilt not despise. Do good in thy good pleasure unto Zion: build thou the walls of Jerusalem.*

*Then shalt thou be pleased with the sacrifices of righteousness, with burnt offering and whole*

*burnt offering: then shall they offer bullocks upon thine altar.*

*(King James Bible)*

**Offertorium** - Chant

Domine Iesu Christe, rex gloriae,

libera animas omnium fidelium defunctorum de poenis inferni,

et de profundo lacu:

libera eas de ore leonis, ne absorbeas eas tartarus,

ne cadant in obscurum:

sed signifer sanctus Michael repraesentet eas in lucem sanctam.

Quam olim Abrahae promisisti, et semini eius.

V. Hostias et preces tibi, domine, laudis offerimus:

tu suscipe pro animabus illis, quarum hodie memoriam facimus:

fac eas domine de morte transire ad vitam.

Quam olim Abrahae promisisti, et semini eius.

*O Lord Jesus Christ, King of glory,*

*deliver the souls of all the faithful departed from the pains of hell*

*and from the depths of the pit:*

*deliver them from the lion's mouth, that hell shall not devour them,*

*that they shall not fall into darkness:*

*but let the standard-bearer Saint Michael bring them into the holy light:*

*Which you promised to Abraham and his seed.*

*V. We offer you, O Lord, sacrifices of prayer and praise;*

*receive them for the souls of those whose memory we this day recall:*

*make them, O Lord, to pass from death to life.*

*Which you promised to Abraham and his seed.*

**Victoria - Peccantem me quotidie** Responsory from Matins for the Dead

Peccantem me quotidie, et non me paenitentem, timor mortis conturbat me:

quia in inferno nulla est redemptio, miserere mei Deus, et salva me.

Deus, in nomine tuo salvum me fac, et in virtute tua libera me.

*Sinning daily, without repentance, the fear of death troubles me.*

*Have mercy on me, O God, and save me, for in hell there is no redemption.*

*O God, save me for Thy name's sake and deliver me in Thy strength.*

**Sanctus & Benedictus** - Chant

Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus Sabaoth.

Pleni sunt caeli et terra gloria tua.

Benedictus qui venit in nomine Domini.

Hosanna in excelsis.

*Holy, holy, holy Lord, God of Sabaoth,*

*heaven and earth are full of your glory.*

*Hosanna in the highest.*

*Blessed is he who comes in the name of the Lord.*

*Hosanna in the highest.*

**Palestrina - Heu mihi domine** Responsory from Matins for the Dead

Heu mihi Domine quia peccavi nimis, in vita mea:

quid faciam miser?

ubi fugiam nisi ad te Deus meus?

Miserere mei dum veneris in novissimo die.

Anima mea turbata est valde sed tu Domine succurre ei:

miserere mei dum veneris in novissimo die

*Woe is me, Lord, for I have sinned greatly.*

*What shall become of me, wretch that I am;*

*where shall I flee, except to Thee, O Lord.*

*Have mercy on me when Thou shalt come on the last day.*

*My soul is greatly troubled but Thou, O Lord, sustainest me:*

*have mercy on me when Thou shalt come on the last day.*

### **Agnus Dei** - Chant

*Agnus Dei qui tollis peccata mundi: dona eis requiem.*

*Agnus Dei qui tollis peccata mundi: dona eis requiem.*

*Agnus Dei qui tollis peccata mundi: dona eis requiem sempiternam.*

*Lamb of God, you take away the sins of the world: grant them rest.*

*Lamb of God, you take away the sins of the world: grant them rest.*

*Lamb of God, you take away the sins of the world: grant them everlasting rest.*

### **Communio** - Chant

Lux aeterna luceat eis domine: Cum sanctis tuis in aeternum, quia pius es.

V. Requiem aeternam dona eis domine: et lux perpetua luceat eis.

Cum sanctis tuis in aeternum, quia pius es.

*Let eternal light shine on them, O Lord: With thy saints for evermore: for you are gracious.*

*V. Grant them eternal rest, O Lord: and let perpetual light shine on them.*

*With thy saints for evermore: for you are gracious.*

**Palestrina Libera me, Domine** Responsory from the Burial Service

Libera me, Domine, de morte aeterna, in die illa tremenda:

quando caeli movendi sunt et terra.

Dum veneris iudicare saeculum per ignem.

Tremens factus sum ego, et timeo,

dum discussio venerit, atque ventura ira.

Quando caeli movendi sunt et terra.

Dies illa, dies irae, calamitatis et miseriae,

dies magna et amara valde.

Dum veneris iudicare saeculum per ignem.

Requiem aeternam dona eis Domine et lux perpetua luceat eis.

Libera me, Domine, de morte aeterna, in die illa tremenda:

quando caeli movendi sunt et terra.

Dum veneris judicare saeculum per ignem.

Kyrie eleison.

Christe eleison.

Kyrie eleison.

*Deliver me, O Lord, from eternal death on that terrible day*

*when heaven and earth shall quake,*

*when Thou shalt come to judge the world by fire.*

*I am full of fear and trembling*

*for the judgement and the wrath to come.*

*When heaven and earth shall quake,*

*That day of wrath, calamity and misery,*

*that great and bitter day.*

*When Thou shalt come to judge the world by fire.*

*Grant them eternal rest, O Lord, and may perpetual light shine upon them.*

*Deliver me, O Lord, from eternal death on that terrible day*

*when heaven and earth shall quake,*

*when Thou shalt come to judge the world by fire.*

*Lord, have mercy.*

*Christ, have mercy.*

*Lord, have mercy.*